



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

354. De testamento Episcopi qualiter valeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Si quis cartas vel Præcepta regia suppressere
aut adversariis tradere ausus fuerit.

Ex Concilio Agathensi.

Conc. Agath.
c. 26.
Burchard. lib.
3. c. 183.

* Edit. Hel-
mastad. ab-
stractionem.
Sirm. absen-
tiam

* Sirm. solli-
citatibus trad.

CCCLIII. Si quis verò de Clericis do-
cumenta quibus Ecclesiæ possessio firmatur
aut suppressere aut negare aut adversariis for-
tasse tradere damnabili & punienda obstina-
tione præsumpserit, quicquid per * abstin-
tiam documentorum damni Ecclesiæ inlatum
est, & de propriis facultatibus reddant, &
communione priventur. Hi autem qui in dam-
no Ecclesiæ instrumenta sanctæ Ecclesiæ im-
piè * sollicitati à traditoribus susceperunt, pari
sententia feriantur.

De testamento Episcopi, qualiter valeat.

Ex eodem Concilio.

Conc. Agath.
c. 51.
Burchard. lib.
1. c. 212.

CCCLIV. Si quis Episcopus condito te-
stamento aliquid de ecclesiastici juris proprie-
tate delegaverit, aliter non valebit nisi tan-
tum de juris proprii facultatibus suppleverit.

De manumissionibus in Ecclesia.

Ex eodem.

Conc. Agath.
c. 56.

CCCLV. Mancipia monachis donata ab
Abbate non licet manumitti. Injustum est
enim ut, monachis cotidianum rurale opus fa-
cientibus, servi eorum libertatis otio potian-
tur. [*Vide regulam sancti Ferreoli cap. 36.*]

De eadem re. *Ex Concilio Toletano.*

Concil. Tolet.
4. c. 67.
Burchard. lib.
3. c. 189.

CCCLVI. Episcopi qui nihil ex proprio
suo Ecclesiæ Christi conferunt, libertos et